



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 8. De regno Latinorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Videtur.

vt quibusdam facti eius cum gestis Herculis computarent. Quidam ad huius memoriam conseruandam balneum ..... multo post tempore appellatus pœna. Post quem Heli sacerdos. In Hebræorum libris XL. anni inueniuntur; in septuaginta Interpretum, viginti.

Caput 8.  
De regno Latini-  
orum.

**N**illo tempore Tautanus regnabat in Assyriis. Tunc Troia capta est. In Hebræis Lepdon Iudex erat, & in Ægypto Dinastia rex erat. Primus Rex Latinorum tunc in ipso tempore surrexit, eo quod à Troia fugaciter exierunt, & ex ipso genere & Frigas fuerunt nisi per ipsam captiuitatem Troiæ & inundationem Assyriorum. E quorum persecutione in duas partes egressi & ipsa ciuitate & regione. Vnum exinde regnum Latinorum erigunt, & aliud Frigorum. Post tertio anno capta Troia, Latini, qui postea Romani nuncupati sunt, & vt quidam volunt, post octo ann. regnauit Æneas. Æneas & Frigas feruntur Germani fuisse. Æneas in Latinos regnauit annis III. & Frigas in Frigta. Ante Æneam & Frigam Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus, per quem Latini vocati sunt, & in Italia regnauerunt annis circiter CL. Roleta scribit Palæphatus autem in incredibilium libro primo, Sirenas quoq; fuisse meretrices, quæ deceperint nauigantes. Post Æneam Ascanius annis xxxviii. Alcani derelicto noueræ suæ regno, Latinis Albam Longam condidit, & Silium posthumum fratrem suum, Æneæ ex Lauinia filium summa pietate educauit. Amazones illo tempore etiam templum Ephesi incenderunt. Alcanius Iulium filium procreauit, à quo familia Iuliorum orta, & propter ætatem parvuli, qui necdum regendis ciuibus idoneus erat, Silium posthumum fratrem suum regni reliquit hæredem.

IN